



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XLII. De propensionibus postea eius eleemosynis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Depropensioribus eius postea eleemosynis.

CAPVT XLII.

*Thimon.
Liberalitas e-
ius tempore
famis.*

VIdens ergò, quia tempus eum monet: omnes apothecas suas aperuit; panes præparat, alit egentes; & ecce, quasi ad vniuersales nudinas de tota provincia famelicorum turbæ concurrunt; de monasteriis virorum ac feminarum Præpositi ac dispensatores, omnesque, quos annorum egestas premebat, ad promptuaria Episcopi currunt, sperata subsidia, sine mora inuenientes. Cumque messis appropinquaret, & maturæ iam segetes ubique locorum falcem postularèt, multæ millia falcium pauperibus, quos toto anno aluerat, præparata distribui fecit: atque refectis omnibus, in festinitate B. Iacobi; Ecce, inquit Pater optimus, filiolî mei, terra coram vobis est; finita est dierum malitia; & accipiens singulas falees, singulos addidit denarios, unicusque denarium & falcem, instrumentum operis, & viaticum: sicque valefecit eis in bonitate & gaudio eos dimittens. Is modus, id officium ei fuit omnibus annis inopiae ac sterilitatis.

*De cooperamento valde precioso quod su-
per leprosum ponì iussit.*

CAPVT XLIII.

*Thimon.
Hac in Canis-
siana edit. ex-
stant lib. 3. c. 30.*

Dux Poloniæ Bolezlaus, omnesque terræ illius meliores summa ei amicitia iuncti erant, frequenter ei salutatorias mittebant, donariis suis eum magnifice visitabant, meritis ac precibus se apud Deum iuuari posse plurimum confidentes. Alij quoque Principes ac diuites de omnibus terris, audientes famâ operem eius, audientes eleemosynas & largitates eius circa egentes; multa ei & sæpen numero ingentia dona mittebant, socios se fieri & comparticipes studiorum eius deuotè postulantes.

Qua-